

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abstinencia d
cum fonte primo

Vtantur diuites consuetudine infirmitatis sue,
sed doleant se aliter non posse.
Melius enim possent si aliter possent.
Si ergo non extollitur pauper de mendicitate,
tu quare extolleris de infirmitate?
Vtere cibis electis preciosis quia sic consueuisti,
quia aliter non potes,
quia si consuetudinem mutas, egrotas.
Conceditur tibi:
utere superfluis, da pauperibus superflua;
utere preciosis, da pauperibus uilia.

Augustinus de uerbis Domini capitulo I. tractans
illud: Vermis diuiciarum superbia.

Vtantur diuites consuetudine infirmitatis suae;
sed doleant aliter se non posse.
Melius enim possint, si aliter possint.
Si ergo non extollitur pauper de mendicitate,
tu quare extolleris de infirmitate?
Vtere cibis electis pretiosis, quia sic consuesti,
quia aliter non potes,
quia, si consuetudinem mutes, aegrotas!
Conceditur tibi:
utere superfluis, da pauperibus necessaria;
utere pretiosis, da pauperibus uilia.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 61.12 (CCSL
41Aa, C. Lambot ed., pp.274-5, ll.245-251).